

38 ponit Bonifacius VIII. in cap. Is cui 42. de elect. in 6. Possunt Beneficia conferre, eorum permutationes recipere, Paris. de resignat. lib. 7. quest. 24. num. 17. Leuren, de potestate Vicar. in re benef. Rot. dec. 424. tom. 4. coram Ansaldo. Item possunt admistratores in spiritualibus Vicarios generales in propria diocesi constitutere, Sbroz. de Vic. Episc. lib. 1. quest. 18. num. 7. Rigant. in reg. Cancell. 8. tom. 2. num. 46. quem plura de administratore ecclesie cathedralis vel metropolitane disserent ibidem consulas.

41 De administratoribus ecclesiarum queri solet, num iisdem permissum sit retinere aliquam portionem elemosynarum missarum pro expensis mantentionis ecclesie altarium, inservientium, omniumque utensilium? Urbanus VIII. decreto sancivit, permittendum non esse, ut ecclesie, aut loca pia, seu illorum administratores de elemosyna missarum celebrandarum ullam utcumque minimam portionem retineant ratione expensarum, quas rubeant in missarum celebratione. Ac paulo post: Nisi cum ecclesie & loca pia alios non habeant redditus, quos in usum earundem expensarum erogare licite possint, & tunc quam portionem retinebunt, nullatenus debere excedere valorem expensarum, que pro ipsomet tantum missa sacrificio necessario sunt subeunda. Et tertio subiecit: Et nihilominus eo etiam casu curandum esse, ut ex pecuniis, quas supersunt, expensis ut supra deductis, absolute tot missa celebrentur, quot prescripte fuerint ab offerentibus elemosynas.

44 In hac sententiam edictum quoque tulit Clemens XI. die 23. Decemb. anno 1706. Extat etiam decretum Sac. Congr. die 14. Maji anno 1729. Consule Benedic. XIV. Institut. eccles. inst. 56. n. 13. (Ad n. 22. 23. Vide l. 99. § 102. tit. 18. p. 3. Reg. Sched. verb. Judex. Ad n. 30. Vide add. hisp. verb. Parochus, art. 2. Ad n. sig. usque ad 34. leg. 4. § 6. r. 22. p. 1. 4. r. 3. lib. 1. Ord. Reg. cum add. v. Notarius, l. 6. r. 3. lib. 1. Cast. in v. Non omni.)

ADULTERIUM.

ARTICULUS I.

Adulterium, quoad ejus esse, & divisionem.

SUMMARIUM.

- 1 ADULTERIUM quid sit.
- 2 Adulterium aliud est simplex, & aliud est duplex, & quale sit utrumque.
- 3 Adulterium duplex est necessario in confessione apeririendum.
- 4 Qui concubuit cum conjugata, etiam consentiente marito, committit adulterium.
- 5 Qui accedit ad suam uxorem, putans se accedere ad alienam, committit adulterium objective.
- 6 Coniux in actu conjugali cum sua, se morose delectans in alta velut presentie, addit speciem adulterii in confessione explicandam.
- 7 Adulterium etiam concupiscentia committitur.
- 8 ADULTERIUM est illicitus concubitus cum persona conjugata: caus. 32. q. 4. cap. Nemo blandiatur. (L. 1. tit. 7. lib. 4. For. reg. L. 1. tit. 17. part. 7. L. 1. tit. 20. lib. 8. Recop. Cast.) Adulterium aliud est simplex, & aliud est duplex. Adulterium simplex est, cum solutus concubuit cum conjugata, vel conjugatus cum soluta; adulterium duplex est, cum conjugatus concubuit cum conjugata. Et hoc secundum est necessario in confessione aperiendum quia tunc duae injurie committuntur in utriusque conjugem innocentem, ac fidem duplicem conjugalem, duplexque sacramentum Matrimonii; sic passim DD. cum Azorio, Lessio, Filliuccio, Bonacina, Lugo, Dicastill. & La Croix lib. 6. part. 2. num. 105. Qui concubuit cum conjugata, etiam consentiente marito, committit adulterium, quia adhuc irrogat magnam injuriam fidei conjugali, & sacramento Matrimonii, & ideo ab Innocentio XI. die 2. Martii 1679. fuit merito damnata sequens propositio 50. in ordine: Copula cum conjugata consentiente marito non est adulterium, adeoque sufficit in confessione dicere se esse fornicarium. Qui accedit ad suam uxorem, putans se accedere ad alienam, committit adulterium, non quidem relictis, sed objective. Burghaber centur. 1. cas. 70. La Croix lib. 6. p. 2. n. 1032. & alii passim. Sicuti si coniux in actu conjugali cum sua se morose delectet in alia, velut presentie, etiam addit speciem adulterii in confessione explicandam. Sanchez mox citandus, Burghaber l. c. La Croix l. c. & alii passim. Adulterium etiam concupiscentia committitur caus. 32. q. 5. c. Qui vident; & sic tenet Sanchez de matr. lib. 9. dist. 17. n. 6. Burghaber centur. 1. cas. 70. Claudius, La Croix, Vasquez, Castropalaus, Mendo, & alii magis communiter, quia fides Matrimonii exigit, ut coniux nequidem mentem, sive cogitationem simplicem ponat in alia, mutuo enim sibi tradunt non tantum corpora, sed etiam animos. Hinc peccat non solum contra castitatem, sed etiam contra justitiam conjugatus, qui delectatur de copula cogitata, & imaginaria cum uxore aliena; eo quod uxor per matrimonium non solum sibi obligavit maritum quoad corpus, sed etiam quoad affectus tendentes ad rem venerem. Quod verum est adhuc, si in delectatione illa sistat, quin progrediatur ad desiderium. ¶ Adulterium, ut nonnulli voluerunt, inde dictum, quod adulter uterum alterius terat. Pudicus Alecius 7. Parerg. 5. tradidit, quod sit ad alterius thorum, vel ut alii brevius, ad alterum ire. Est ergo adulterium, ut inquit Auctor, vitium ejus, quae alteri nuptia est. Jure Romano adulterium in nuptiam tantum committebatur l. 6. §. 1. ff. ad leg. jul. de adul. & dicebatur adulter, qui corrumpebat alienam matrem familias l. 225. ff. de V. S. (vid. leg. sup. citatas) strupator, qui virginem, viduamve d. leg. 6. §. 1. leg. 34. ff. ad leg. jul. de adul. tit. 19. p. 7. Id vero perpetuum non fuit, utroque enim verbo lex julia promiscue, & utriusque utitur, l. 101. ff. de V. S. Ecclesie vero Patres recte constituerunt, a marito quoque adulterium in innuptiam committi, quia in novo foedere summa matrimoniorum esset sanctimoniam, & monogamie repugnaret, fidem uxori presantiam violare vago concubitu. Vide Tertullianum de Monogam. cap. 9. Lactantium lib. 6. divin. institut. cap. 23. & in lib. de bono conjug. cap. 4. tom. 6. pag. 321. Unde enata distinctio inter adulterium simplex, & adulterium duplex, quam refert Auctor: Hac tamen distinctio in foro, ut loquuntur poli, non fore procedit: coram coelesti tribunali adulter erit, qui sua non contentus in aliis rumpit latus; non tamen in tribunali seculi poenam adulterii patietur, nisi libidinem expleverit cum aliena matrefamilias. Consule Clarum lib. 5. Sent. §. Adulterium, num. 2. Cacciaiupum in reper. leg. Si qua illustris, num. 58. Cod. ad S. C. Orfie. Farinacium quest. 141. num. 66. & seq. Antoni. Matthaeum de crimin. lib. 48. tit. 3. cap. 1. num. 12. Dividitur etiam adulterium in verum, & praesumptum, sed de divisione ista agemus in verb. Divortium. A lege julia de adulteris non coerceretur, quise junxisset ancillae, sive propriae, sive alienae, sed potius infamia quadam facti laborabat, & extra ordinem pro modo admissi criminis coerceretur, leg. ult. ff. de offe. Praesid. (leg. 2. tit. 19. part. 7. vide add. hisp. secundam verb. Dos. leg. 1. tit. 15. lib. 8. Ord. Reg.) A Domino ancillae actione de servo corrupto, aut legis ancillae, si immatura corrupta sit, aut injuriarum, si matura viro, conveniri poterat, leg. Inter liberas 6. leg. Stuprum 34. ff. ad leg. jul. de adulter. leg. Etsi libidine 25. ff. de injur. Cum libertina adulterium committitur, ut indicat Papinianus in leg. ff. ad leg. jul. de adul. nec refert ingenuo an libertino nupta sit, leg. Adulter. 38. ff. ad leg. jul. de adulter.

Nec cum femina vili atque abjecta adulterium committitur ex Constantini constitutione leg. Quae adnecium 29. cod. ad leg. jul. de adulter. late & docte suo more Gothofredus, ad leg. q. cod. theod. tit. 6. leg. 1. Si pudicitiam prostituerit uxor alicujus, an incidant in legem juliam, tam ipsa, quam qui cum ea rem haberunt? DD. ferè unanimiter distinguendum censent, ut mu-

mulier quidem ob prostratam pudicitiam adulterii poena puniatur, necnon is qui primus eam corrumpit: reliqui moschi extra ordinem. Vide Clarum §. Adulterium, num. 27. in addit. Farinac. q. 141. num. 85. & seq. Distinguit verò Ant. Matthaeum de crimin. l. 48. tit. 3. cap. 1. num. 6. inter eam, quae marito deserto, passim & sine delectu, meretricio more se prostituat, & eam, quae stupratoribus quidem corpus committit, non tamen maritum deserit, nec passim, & sine ullo delectu id facit. In illam crimen adulterii cessare ait, in istam non. Posset & ex historia juris distingui inter eam, cui profiteri quæstum licuit, & eam cui non licebat. Illa si professa fuerit, infra legis curam est: non hæc. Profiteri autem quæstum vilioribus dumtaxat & plebeis licuit, non etiam honestioribus: fiebatque professio olim apud Aediles Tacit. 1. Annal. ex quo sanè liquet, non omnem quæ voigo corpus præbet, extra legis poenam esse, sed eas dumtaxat, quæ id facere prohibita non erant.

20 Cum uxore injusta an adulterium committatur? Ad Ant. Matthaeum de crim. dist. lib. 48. tit. 3. cap. 1. n. 7. Voet. Comment. in Pand. lib. 48. tit. 5. n. 7. Quæ verò apud Romanos diceretur coniux injusta, consule tum ipsam Ant. Matthaeum, tum Cujacium 6. observ. 16. & Brissonium in lib. singul. ad leg. jul. de adul. coercend.

21 Cum aliena concubina adulterium non est, quod non nisi in matrem familias committitur, leg. Si uxor 13. leg. Si quis uxorem 6. ff. ad leg. jul. de adulter. nam cum ea uxor non sit, lege julia de adulterii teneri nequit: immo neque stupri, committitur namque stuprum in virginem vel viduam honestè viventem: Concubina enim neque virgo est, neque vidua honestè vivens, leg. Item legato 49. §. Parvi autem ff. de legat. Igitur utrumque crimen & adulterii, & stupri cessat necesse est leg. 1. §. 1. ff. de concubin. leg. Cum tabulis 16. §. 1. ff. de his que ut in dñm. aufer.

22 An cum sponsa adulterium committatur? Frequentiori calculo interpretes probaverunt committi, teste Farinacio q. 141. n. 52. Confer Harprectum, ad Instit. lib. 4. tit. 18. §. Item lex julia 4. num. 24. & seq. Brunemanum Com. in Pand. lib. 48. tit. 5. ad leg. 3. n. 7. Non defuerunt quibus placuit, adulterium committi dumtaxat cum sponsa de presenti concordat lex 3. tit. 7. lib. 4. For. reg. lex 1. tit. 17. part. 7. lex 2. tit. 15. lib. 8. Ord. reg. lex 3. & 4. tit. 20. lib. 8. Recop. Cast.) non de futuro, Clarus dist. lib. 5. sentent. §. Adulterium, n. 8. Gomez ad leg. 80. Taur. n. 47. quorum sententiam impensè defendere conatus est Covarr. par. 1. de spons. & matrim. cap. 1. n. 6. cum seq. notatus à Franc. Sarmiento select. interpr. lib. 1. cap. n. 1. & seq. & ab Ant. Matthæo l. c. n. 9. qui voluit, cum aliena quoque sponsa non adulterium in specie, sed potius stuprum proprie dictum committi.

23 Si quis se junxerit cum ea, quam bona fide putabat solutam esse, cum verè nupta esset, stupri, non adulterii tenetur, arg. leg. Hæc verba 12. & leg. penult. ff. ad leg. jul. de adulter. (leg. 5. tit. 17. part. 7.) Confer Farinac. quest. 141. n. 82. & seq. E converso si adulterare volens, præter spem stupraverit, tamquam adulterium puniendum esse voluit Farinacius dist. quest. 141. num. 101. à qua sententia divortium facit Anton. Matthæus de crimin. lib. 48. tit. 3. cap. 2. num. 6.

25 Si maritus ab hostibus captus sit, aut se, publicave rei causa diu abfuerit, & interim cum aliis uxor se commisit, non erit immunitis à legum poena leg. 13. §. Si quis planè ff. ad leg. ult. de adulter. Maxime de jure canonico, verat enim quis canonicum uxorem absentis alii nubere, quatenus cum tempore abfuerit, antequam certum de morte mariti nuncium acceperit, cap. In præsentia de sponsal. cap. Dominus de secund. nupt. (L. 8. tit. 15. lib. 8. Ord. reg.)

26 Quid pronuntiandum si quis duas simul uxores duxerit, stupri, an adulterii speciem dicemus? Stuprum appellat Imp. Valerianus & Gallienus in leg. Eum qui duas 18. cod. ad leg. ult. de adulter. & ita post Accursium plerique interpretes sciperunt, Gloss. in d. leg. 18. Clarus §. Fornicatio n. 31. Covarrub. de matr. part. 2. cap. 7. §. 3. n. 10. Non desunt tamen quibus contrarium

placuit, inter quos familiam ducit Menochius de arbit. jud. lib. 2. cent. 5. num. 105. & seq. Is existimat committere bigamum adulterium, poenam tamen arbitrio judicis infligendam esse, contra quam sententiam insurgit Anton. Matth. dist. lib. 48. tit. 3. cap. 1. n. 13. Sunt & alii, qui licet adulteri verè non sint, poena 27 tamen adulterii puniuntur, de quibus consule sæpe laudatum Ant. Matthæum loc. cit. num. 14. & seq. & Voetium com. in Pand. lib. 48. tit. 5. passim.

ARTICULUS II.

Adulterium, quoad ejus poenas.

SUMMARIUM.

- 1 ADULTERIUM semper fuit punitum gravissimis poenis.
- 2 Jure divino puniebatur lapidatione.
- 3 Jure civili legis julia poena erat ultimum supplicium.
- 4 Jure canonico dabatur publicè Clerico adultero penitentia decem annorum, & laico septem annorum.
- 5 Clericus adulter deponeretur, & laicus excommunicabatur.
- 6 Et approbata est poena ab Imperatore Justiniano statuta, ut adulter, vel adultera detradatur in monasterium ad agendam perpetuo penitentiam.
- 7 Jure canonico auferitur adultero jus exigendi debitum conjugale, & conceditur quod innocens possit facere divortium quoad thorum, & habitationem, dummodo fiat auctoritate Judicis ecclesiastici.
- 8 Quoad hanc facultatem faciendi divortium maritus, & uxor sunt paris conditionis.
- 9 Propter adulterium adhuc uxor privatur dote, & maritus adulter donatione propter nuptias, sive dotalitia.
- 10 Per jus canonicum correctum est jus civile. Hinc non licet Patri, aut marito occidere adulterum deprehensum in fragranii cum filia, aut uxore adultera, ad n. 13.
- 14 Maritus occidens propria auctoritate uxorem adulteram neque excusatur totaliter à delicto etiam à jure civili, sed poena adhuc afficitur aliqua.
- ADULTERIUM cum gravissimum sit peccatum caus. 32. 1 q. 4. cap. Nemo blandiatur, (leg. 19. tit. 2. p. 4. in princip. In proem. & leg. 1. d. tit. p. 7.) semper fuit punitum gravissimis poenis. Jure divino puniebatur lapidatione. Levit. 20. num. 10. Deuteronom. 22. n. 22. Daniel. 13. 42. & Joan. 8. num. 5. Jure civili legis julia poena erat ultimum supplicium leg. Quamvis 30. §. final. cod. ad leg. juliam de adulter. §. Item lex julia de adulter. instituit. de public. Jud. Jure canonico dabatur publicè Clerico adultero penitentia decem annorum, & laico septem annorum: cap. Presbyter d. 83. cap. Devotum 27. q. 1. Clericus adulter deponeretur, & laicus excommunicabatur: cap. Si quis Episcopus 27. quest. 1. Et approbata est poena ab Imperatore Justiniano Novella 134. statuta, ut adulter, vel adultera detradatur in monasterium ad agendam perpetuo penitentiam, cap. Intelleximus 6. de adulteris, cap. Gaudemus de convers. conjug. cap. Censuit de appellat. Et jure canonico adhuc 7 auferitur adultero jus exigendi debitum conjugale, & conceditur, quod innocens possit facere divortium quoad thorum, & habitationem: cap. Ex literis 5. de divort. 8 dummodo fiat auctoritate Judicis ecclesiastici: cap. Porro 3. de divort. (leg. 5. tit. 7. lib. 4. For. reg. Vide tertiam add. hisp. verb. Infamia) ¶ P. Carolus Antonius Thesaurus lib. 2. de poenis ecclesiar. verb. Adulterium cap. 1. num. 5. ait ex Sanchez, non procedere hanc poenam in foro conscientie, donec coniux innocens adulterum repellat, constituto de adulterio. Certè convenit inter omnes adulterium posse petere: non enim absolute matrimonii usu privatus est, sicut si incestum committeret, vel castitatem voveret. Sed Sanchez lib. 1. disp. 68. n. 4. insuper solidis argumentis probat, adulterium non solum posse petere debitum ab uxore, sed etiam posse



exigere, dum alter ignorat ejus adulterium, vel tantum suspicatur levibus indicia. Est autem exigere petere rem debitam, & importat coactionem: petere autem minime, petimus enim etiam gratis concedenda. ¶ Et quoad hanc facultatem divorciandi facienda, & uxor sunt paris conditionis, ut possit tam mulier innocens divertere a reo marito, quam maritus innocens a rea uxore: cap. Si quis uxorem 32. q. 1. Et propter adulterium adhuc uxor privatur dote, & maritus adulter donatione propter nuptias, sive dotatio: cap. Plerumque 4. de donatione inter virum & uxorem. (Legi. 3. tit. 10. lib. 4. For. reg. leg. 1. §. 2. tit. 9. part. 4. leg. 15. tit. 17. part. 7. leg. 1. §. 5. tit. 20. lib. 8. Recop. Castell. conduct. lex 11. tit. 9. lib. 5. ejusd.) Vide verb. Dos. art. 1. n. 17. ¶ Quærent aliqui, utrum uxor teneatur pecunias per adulterium parvas marito, aut alteri v. gr. pauperibus, vel ei, qui dedit, restituere. Respondet negative Bonacina de contr. disp. 1. quæst. 3. punct. num. 12. Megala part. 2. lib. 2. cap. 32. q. n. 24. Gratius tom. 1. consil. lib. 5. de futuris, cons. 2. quia dampnum per adulterium illatum non est pecunia astimabile, aut reparabile: neque leges adulterium prohibentes reddunt irritam illam acquisitionem pecuniarum ex tali causa; nec faciunt inhabilem accipientem ad comparandum eorum dominium. Sed contrarium docent non pauci cum Molina de justitia & jure, tom. 1. tract. 1. disp. 94. Reginaldo in Praxi tom. 1. lib. 10. cap. 13. num. 193. Bannez in 2. a. quæst. 62. art. 5. dub. 5. & alii; qui fundantur in eo, quod maritus sit dominus corporis uxoris quoad actus conjugales. Unde concludunt, uxorem teneri omne pretium per adulterium acquisitionem reddere marito, sicut alia quævis, quæ alter laborando acquirit. ¶

10 Per jus canonicum correctum est jus civile, leg. Patri 20. ff. ad leg. jul. de adulter. & ibid. leg. Si adulter. & leg. Marito, ubi videbatur licere Patri, aut marito impune occidere adulterium deprehensum in fragranti cum filia, aut uxore adultera; & quamvis maritus, qui inventum Clericum cum uxore turpiter agentem occidit, mitius puniatur, cap. Si verò de sentent. excom. tamen ipsi nequaquam licet in foro conscientie propria auctoritate occidere adulterum, aut uxorem adulteram in fragranti deprehensam; cap. Inter hæc 6. caus. 33. quæst. 2. ubi Nicolaus primus scribens Albino Archiepiscopo expressè declarat, non licere uxorem adulteram interficere secundum leges ecclesiasticas, quia jure pontificio non ita grave scelus ducitur adulterium pati, ac uxorem occidere, cap. Si quod verus 33. q. 2. quod est Divi Augustini de adulterinis conjugis, lib. 2. cap. 15. ubi vocat rem nefariam sic adulteram occidere. Et leges civiles permissentes talem occisionem non dant aliquod jus in conscientia sic occidendi, sed solum volunt, ut talis occidens non possit in foro externo puniri, ut indulgeant ejus vehementi, & justo dolori, sicut Ecclesia non liberat a peccato maritum occidentem Clericum repletum in adulterio cum sua uxore, licet eum declare non incurrere excommunicationem, à qua excusat vehementia justis doloris eum. Impellentis; cap. Si verò 3. de sentent. excom. Imò neque excusatur totaliter à delicto etiam jure civili occidens adulteram; sed pena adhuc afficitur aliqua, in leg. Si adulterium, §. Imperator, ff. ad leg. juliam de adulter. & privari debet lucro, quod alioquin ex consuetudine, vel pacto habiturus esset dote; leg. Si ab hostibus §. 1. ff. sol. matr. quam dotem lucratur; si eam accuset apud legitimum judicem, & non propria auctoritate occidat; cap. Plerumque §. 4. de donat. inter vir. & uxor. leg. Consensus 8. cod. de repudiis, Novella 117. cap. 8. & 9. Hinc meritò ab Alexandro VII. 24. Septembris 1665. fuit absolutè damnata sequens propositio 19. in ordine: Non peccat maritus occidendo propria auctoritate uxorem in adulterio deprehensam. (Vide leg. 1. §. 6. tit. 7. lib. 4. For. Reg. leg. 12. tit. 3. lib. 3. For. Judic. leg. 13. §. 14. tit. 17. part. 7. leg. 4. tit. 13. lib. 8. Ord. Reg. leg. 3. §. 5. tit. 20. lib. 8. Recop. Castell. leg. 4. tit. 23. ejusd. Vide supra verb. Infamia.)

15 ¶ De variis apud varias gentes adulterii penis, vide Jos. Laurentium tract. de adul. & meretr. tom. 8. Antiq. Gravac. Groconii pag. 1403. & seqq. Hoffmannum

de diversis. jur. in paventi. adulter. crim. Dempsterum, Paral. ad Rom. antiquit. lib. 8. cap. 24. Janum Langæum Oria Semest. lib. 8. cap. 7. Justum Lipsium Exercurs. ad Tacit. Annal. lib. 4. lit. A. De pena adulterii apud Romanos ante legem juliam omnium diligentissime egerunt Gotthorf. Lengnich. in dissert. de origine atque progressu penis adulterarum apud Romanos. & Jos. Guili. Hoffmannus in libro singulari ad leg. jul. de adul. toto cap. 1. Nullam verò certam statutam fuisse penam deprehenditur, sed majorum more, impudicam mulierum coertionem, propterque ac necessariam mandatam, qui eas pro arbitrio statuerent, ut ostendit Suetonius in Tiber. cap. 35. Idem & Tacitus Annal. lib. 2. cap. 50. Hæc autem ex Romuli legibus fluxisse, indicat locus Dionysii Halicarnassensis lib. 2. antiq. Rom. p. 95. Deinde lege julia per Augustum lata, propositam fuisse relegationem in paganis, in militibus deportationem, non verò impostam fuisse penam ultimi supplicii, ut sentit A. num. 3. ¶ Et quidem jure, ac merito legerat enim in lib. 5. Instit. Justiniani tit. 18. §. 4. hæc præcisa verba: Item lex julia de adulteris coercendis, que non solum temeratores alienarum nuptiarum gladio puniit, sed & eos &c. Hinc Joan. Kahl, seu Calvinus in suo Lexico Juridico, verb. Adulterium, hæc habet: Adulteri ergo pena ex legibus ordinaria, Romæ semper fuit capitibus & sanguinis, etiam ex lege julia. ¶

17 Pluribus post Brissonium, in lib. singulari ad leg. jul. de adul. adstruit A. Mattheus de crimin. lib. 48. tit. 3. cap. 2. n. 1. Idque post alios luculenter probatur Ger. Nooldt in Dialect. cap. 15. & seqq. & Hoffmannus in dict. lib. singulari ad leg. jul. de adul. pag. 84. & seqq. Confer etiam Scultingium ad lib. 2. sent. Pauli tit. 27. Harprectum in lib. 4. Instit. tit. 18. §. Item lex julia 4. num. 79. & seqq. Non potest ergo capitalis dici pena, nisi eo sensu, quo interdum etiam capitales penæ dicuntur, eæ, quæ nisi infamia irrogant. Postea ultimum supplicium adultera non minus, quam adultero, impositum fuit, sed quo auctore incertum est. Harprectus, loc. cit. n. 82. post A. Delrio in repet. leg. Transigere 18. cod. de transact. n. 113. & A. D. Plo, & A. Divis Fratris penam capitalem contra adulteros impostam fuisse, autumat. Constantinum auctorem fuisse hujus penæ mortis, existimant P. Faber. lib. 1. Semest. cap. 4. A. Faber lib. 2. consil. cap. 20. Balduinus de legibus Constant. pag. 190. Pitheæus in collat. leg. Mosiac. & Roman. tit. 4. de adul. Ante Constantini tempora capitalem penam constitutam fuisse probabile putat Voet. comment. ad lib. 2. Pand. tit. 15. de transact. num. 18. Vide Ravardum lib. 4. variar. cap. 6. in fin. Jacob. Gothofredum ad leg. 4. cod. theod. quorum appellat. non recipit. Non contenti simplici ultimi supplicii irrogatione Constantinus, ac Constans Imp. adulteros culeo insui jusserunt, leg. 5. cod. theod. quor. appellat. non recipit. lib. 11. tit. 36. Cumque in dict. leg. 4. cod. theod. constituisset, sacrilegos nuptiarum tanquam manifestos parricidas; insuere culeo viros, vel exsurere judicantem oportet; Tribonianus culei loco, penam gladii tempore Justiniani probatam substituisse videtur in leg. 50. cod. ad leg. jul. de adul. Confer Voet. ad dict. tit. de transact. num. 18.

21 Justinianus servata in masculis pena capitali, feminas adulteras verberatas in monasterium detruendi jussit, concessa licentia maritis, ut etiam vidit Auctor, eas intra biennium recipiendi. Novella 133. cap. 10. unde desumpta Authent. sed hodie cod. ad leg. jul. de adulter. Cui consonat jus canonicum locis ab Auctore laudatis, marito recusante eam denuo recipere, monialis fieri cogebatur, sed citra votam. Vide Bohemerum comment. in Decretal. lib. 5. tit. 16. §. 22.

22 Clericus adulter non solum deponitur, sed ulterius in monasterium detruitur ex decreto Concilii Aurelianensis, cap. 7. relat. in cap. Si quis Clericus 82. dist. Covarrubias de sponsal. art. 2. cap. 7. §. 7. n. 28. Gril-land de diversis crimin. lib. 3. quæst. 2.

23 Quibus penis afficerentur adulteri medio ævo, vide apud V. Cl. Carolum Dufresne Du-Cange in gloss. ad script. med. & infim. Latine verb. Adulterium.

24 Hodie per totam, ac penè per universam Europam,

pam, & ex consuetudine leviores penæ introductæ sunt, nempe pecuniariæ, alique leviores. Menochius de arbit. jud. quæst. lib. 2. Cent. 5. cas. 419. num. 74. & seq. cum aliis apud Harprectum de publ. jud. §. item Lex Julia lib. 4. Instit. Sorge Jurispr. Forens. tom. 9. c. 46. num. 19. de Franchis decis. 240. num. 9. & seqq. ubi de Luca in observ. n. 5. de Marin. divers. alleg. 190. n. 16.

25 Præter arbitriam penam sustinent etiam adulteri rei familiaris jacturam; nempe si uxor adulterium commiserit, retinet maritus dotem, donationem propter nuptias, & ex paraphernis tantam portionem quantum est tertia dotis, Novell. 117. c. 8. Reliqua bona adducuntur monasterio, nisi adsint descendentes, quibus bes, vel ascendentes, quibus triens deferatur, Novell. 134. cap. 10. Si commiserit adulterium maritus, repetit uxorem, lucratur donationem propter nuptias, & ex reliquis bonis tantum, quantum tertia pars donationis propter nuptias efficit: quod superest, Fisco vindicatur, nisi adsint descendentes, vel ascendentes, ad tertium usque gradum, qui Fisco preferuntur d. Novell. 117. cap. 9. d. Novell. 134. cap. 10. & ult. (Vide leges citatas supr. n. 8.)

27 Post mortem etiam mulieris adultera, si hæredes ejus dotem petant, potest vir se exceptione adulterii tueri. Vide Ant. Mattheum lib. 48. de crimin. tit. 3. cap. 2. n. 8. Petr. Barbosa ad leg. 2. part. 1. num. 132. ff. solut. matrim. Mean Obs. & re judic. obs. 660. n. 43.

28 Mulier, quæ hoc crimine se involvit, si habeat patrem, ratione ejus quod deliquit, pater non privabitur dote. Neque enim patitur æquitas, ut delictum filie patri noceat. Confer Perezium ad lib. 9. cod. tit. 9. ad leg. jul. de adul. num. 37. Ant. Mattheum de crimin. lib. 48. tit. 3. cap. 3. num. 10. Aliud dicendum de adventitia dote juxta Novell. 117. cap. 13. quæ uxoris est propria, cedente marito propter adulterium; nisi extraneus, à quo dote accepit, illam sibi reddi fuerit stipulatus. Sacerdotibus & aliis ad l. 24. de jure dot. Et hoc quidem nominatim cautum fuerat constitutione Justiniani l. ult. cod. de repud. Sed cum deperita esset, sententiam ejus ex lib. 28. Barba eruditè restituerunt.

Verum hæc omnia, quæ de amissione dotis recentissimum locum obtinent, nisi adsint causæ, ob quas hujus criminis rei excusentur.

31 I. Est, quando utrinque peccatum est, recte enim mulier maritum agentem ad dotem, ex hac causa repellit, per adulterii objectionem ex ratione, quod paria delicta mutua compensationem tollantur, l. 39. ff. solut. matr. l. 10. ff. de compens. Late Sanchez de matr. lib. 10. disp. 9.

32 II. Causa est, si de consensu mariti, uxor hoc crimen admisit, vel eo non prohibente, cum alio commercio haberit, utique non cadet sua dote, l. 26. cod. ad l. jul. de adul. l. 47. ff. solut. matrim. (Vide leg. 7. 8. & 9. tit. 17. p. 7. leg. 7. & 8. tit. 9. p. 4. leg. 1. in fin. tit. 7. lib. 4. For. Reg. leg. 1. tit. 20. lib. 4. Recop. Castell.)

33 III. Si mulier per violentiam fuerit oppressa, quia non potest de adulterio accusari, l. 20. cod. ad leg. jul. de adul.

34 IV. Causa, si maritus in adulterio deprehensam, vel adulterii damnatam non dimittat, sed in matrimonio retineat, & conjugale debitum exolvat. Videtur enim si injuriam condonasse, Perezium ad tit. cod. ad leg. jul. de adul. Adeo ut si postea uxor in idem crimen relabatur, prius illud amplius in judicium deduci nequeat, sed posteriori adulterii nomine tantum agendum sit. Covarrubias de matr. pag. 2. cap. 7. §. 6. num. 11.

35 V. Si ab initio intervenierit, aut etiam sine abolitione

maritus desiterit ab accusando, l. 16. cod. ad leg. jul. de adul.

VI. Si maritus ante motam adulterii questionem moriatur, late P. Barbos. p. 1. l. 2. ff. solut. matr. n. 119. Gomez ad l. 80. Tauri n. 86.

VII. Si in adulterio deprehensam maritus occiderit, neque enim tunc dotem lucrabitur, qui lucro indignum se reddit, propria auctoritate jus sibi dicens, l. 10. §. 1. ff. solut. matr.

VIII. Causa, si tempus accusationis præscriptum lapsum sit. Perezium ad d. tit. cod. ad leg. jul. de adul. num. 46.

Adulterii accusatio quinquennio perimitur à die admissi criminis durante matrimonio, l. 5. cod. ad leg. jul. de adul. l. 29. §. 7. & l. 31. ff. eodem. Solutum matrimonio, sex mensium spatium, ita computandum, ne excedat quinquennium continuum à die patris criminis numerandum, l. Mariti 29. §. Sex mensium, & seqq. l. Quinquennium 31. ff. ad leg. jul. de adul. l. 5. §. 28. cod. eodem, l. 1. §. Accusationem ff. ad S. C. Turpillianum. Sed advertendum tamen est, quod de adulterio perpetuo excipi potest, Mean post alios in obs. & re judic. observ. 328. num. 5. & obs. 660. num. 42. (Vide sup. leges verb. Accusari qui possint notat.)

Si mulier, commisso adulterio, defuncta sit, & hæredes ejus dotem petant, maritus contradictionis modo obijcere adulterium potest, atque ita dotis lucrum sibi tueri. Confer Farinacium q. 142. n. 59. & seqq. P. Barbosa ad l. 2. p. 1. n. 232. ff. solut. matrim. Mean obs. & re jud. obs. 660. num. 43.

Varie apud Interpretes disputatur, an marito adultera, ante institutam actionem defunctio, hæredes ejus adultera, dotem repentem, exceptione criminis repellere possint? In hac questione distinguunt nonnulli penes Farinacium q. 142. num. 113. Beut. part. 2. de matr. cap. 21. Cofal. ad l. 15. ff. solut. matr. utrum, maritus injuriam dissimulaverit, an ignoraverit, vel morte præventus exequi non poterit. Si dissimulaverit, hæredes ejus uxorem repellere non possunt; si ignoraverit, vel exequi non poterit, non prohibentur hæredes adultera repellere. Franciscus Duarenus verò in leg. 15. ff. solut. matrim. vult, nihil interesse, dissimulaverit ne, an ignoraverit maritus flagitium uxoris. Etenim ratio, cur leges dotem adultera marito addunt, hæc certe est, ut habeat hoc solatium injuria maritus. At nihil injuria ad hæredes mariti attinet, igitur nec dotis lucrum ad eos pertinere debet. In Duarenum etiam militat castra A. Matth. de crimin. lib. 48. tit. 3. cap. 3. num. 9.

Propter oscula, non illa quidem officii, aut pudici affectus, sed libidinis, quæ suavia à Donato appellantur, an mulier dotem amittat? Affirmant Carerius de homio §. 6. n. 254. Cathelianus Costa in memorabil. v. mulier proptor; & hanc esse communem sententiam fatetur Casar Costa lib. 1. v. dubit. jur. cap. 39. & probant Lara in l. si quis à liberis §. si quis ex his n. 77. ff. de liber. agnosc. & A. Mattheus ubi supra num. 12. Negant verò Alciatus 4. Parerg. 10. Corasius ad l. 2. ff. solut. matr. n. 15. Menochius lib. 2. de arbit. cas. 287. à n. 7. Ant. Constant. de dot. cap. 6. à n. 36. Covarrubias de spons. p. 2. cap. 7. §. 6. num. 3. P. Tholosanus in synag. Jur. lib. 2. cap. 23. P. Barbosa ad l. 2. p. 1. in princ. n. 70. & seqq. ff. solut. matrim. Perezium ad tit. cod. ad leg. jul. de adul. n. 39.

Exponenti querelam criminalem de adulterio à principio, non competere amplius actionem civilem pro lucro dotis, voluerunt Alv. Velasquus tom. 2. consil. &

Adulteri in Hispania mortis pena olim puniebatur: adultera verò, virgine casa tuo recludebatur in loco: (1) posteriore tempore, volantati, dispositionique mariti adulterantes relinquebantur: (2) hodie criminis circumstantiis, qualitatibusque personarum attentis, pena est arbitraria.

(1) L. 15. tit. 17. part. 7. Acusado seyendo algund ome que oviese fecho adulterio, si le fuese probado, que lo fizo, debe morir por ende. Mas la muger que fiesse el adulterio, maguer le fuese probado en juicio, debe ser castigada, é ferida publicamente con azotes, é puesta, é

encerrada en algund monesterio de Duesias: (2) L. 1. tit. 20. lib. 8. Si muger casada ficere adulterio, ella, y el adulterador ambos sean en poder del marido, y faga de ellos lo que quisiere: Vide verb. Forum.



rer. jud. consil. 169. n. 19. Sorge Jurisprud. Forensis tom. 9. cap. 40. n. 27. Contrarium tenet & verius Ant. Math. dicit. lib. 48. tit. 3. cap. 2. n. 3.

44 Quoad potestatem patris, vel mariti, occidendi adulterum, & adulterum, confer DD. ad titulos Digest. & Cod. ad Leg. Jul. de adulter. A. Math. de crimin. lib. 48. tit. 3. cap. 3. n. 13. & seq. & quod spectat ad accusationem adulterii, & effectus sententię, vide A. Matthæum loc. cit. cap. 8. Repete que sup. sunt adnotata.

ARTICULUS III.

Adulterium, quoad casus, in quibus propter ipsum dicitur fieri divortium.

SUMMARIUM.

- 1. Præsumitur nequit fieri divortium propter commissum adulterium, si uxorem conjugum illud commiserit.
- 2. Secundo nequit fieri divortium, si ipse maritus prostituat uxorem, vel uxorem cum consensu mariti adulterium committat.
- 3. Tertio nequit fieri divortium propter adulterium, si mulier nupti alteri, ex quo verè creditur maritum suum fuisse mortuum, si autem non creditur, non potest.
- 4. Quarto nequit fieri divortium, si uxor ex errore concubuit cum altero viro latenter in ejus lectum ingressa, putans esse suum uxorem maritum, & de contra.
- 5. Quinto nequit fieri divortium propter adulterium commissum à muliere vi oppressa, & omnino involuntariè, ad num. 6.
- 6. Sexto nequit fieri divortium propter adulterium, si post adulterium iteri sibi reconciliavit uxorem, vel uxorem iterum petendo, & reddendo debitum, ad num. 8.
- 7. An in casu, quo maritus malè, & injustè tractet uxorem, negando ei alimenta, & debitum conjugale, eamque domo expellendo, & tunc ipsa adulterium committat, possit ipse maritus divortium facere, ad num. 10.
- 8. Notæ additiones ex aliena manu, ad num. 20.

Primo nequit fieri divortium propter commissum adulterium, si titerque conjugum illud commiserit, cap. fin. de adul. & cap. Tua Fratemitas 7. de adul. & supra lib. 5. tit. 16. ubi Innocentius III. habet hæc præcisè verba: Tua Fratemitas requisivit, utrum aliquo denegante uxori suæ in adulterio deprehense debitum conjugale, si ipse postmodum cum alia perperet adulterium, manifestè cogi debeat, ut eandem maritali affectione perfrateret. Super quo tibi respondemus, quod cum paria criminata compensatione mutua desistant, vir hujusmodi fornicatione obente sua uxoris nequit consortium declinare, & eodem cap. Intelleximus, eodem titulo, sua decisionis hanc adducit rationem: Cum, inquit, Matrimonii Jus in utroque læsum consistat, paria delicta mutua compensatione tollentur, & S. Augustinus in capite Nihil 32. q. 6. dicit, nihil iniquius esse, quam fornicationis causa dimittere uxorem, si & ipse compunctus fornicari, occurrit enim illud Apostoli ad Rom. cap. 2. cum, in quo enim alterum judicas, te ipsum condemnas, eadem enim agis, que judicas. Et expressè S. Th. in primo dist. 35. q. unica art. 1. ad secundum, Quando uterque fornicatur, divortium celebrari non potest. Quomodo contrarium determinat Lex. 4. tit. 7. lib. 4. For. Reg. concordat Lex. 2. tit. 15. lib. 8. Ord. reg. & Lex. 8. & 9. tit. 17. p. 7.

Secundo nequit fieri divortium propter adulterium, si ipse maritus prostituat uxorem, vel uxorem cum consensu mariti adulterium committat, cap. Discretionem, de adul. eo qui cognovit consanguineam uxoris sue lib. 4. tit. 13. ubi Innocentius III. scribens ad Præpositum Magdeburgensem jubet, quod vir prior cogatur redire ad ipsam, & maritali eam affectione tractare, cum adulterium ei non possit obicere, qui adulterandum tradidit, præsertim invitatus, & ut inquit lex, non potest improbare maritus

morem, quos ipse, aut ante corrupit, aut postea probavit, l. Cum mulier 46. ff. Solutio matrimonii. Et sic expressè tenet S. Thom. in 4. dist. 35. q. unica. art. 1. in corpore, ubi excipiens casus, in quibus nequit fieri divortium propter adulterium, dicit, quod secundus casus exceptus est Si ipse uxorem prostituat, (Consonant Lex 5. ej. tit. & lib. For. Reg. leg. 7. tit. 17. p. 7. & 6. tit. 9. p. 4.)

Tertio nequit fieri divortium propter adulterium, si mulier nupti alteri, ex quo verè creditur maritum suum fuisse mortuum, &c. Cum per bellicam cladem l. caus. 33. q. 1. ubi Leo Papa scribens Nicetæ Aquilejensi Episcopo Epist. 77. cap. 1. & seq. præcipit, ut mulieres, quæ aliis viris nupsent, ex quo putaverint, & crederent maritos suos in bellica clade mortuos fuisse, cogat ad ipsos redeuntés redire, & si aliquæ ita posteriorum virorum amore sint captæ, ut malint his coherere, quam in legitimum redire consortium, jubet eas excommunicationis vinculo innodari, donec redeant. Et sic expressè D. Thomas in 4. dist. 35. quest. unica. art. 1. in corpore, ubi inter casus exceptos à jure faciendi divortium propter adulterium, enumerat istum per hæc præcisè verba: Si uxor virum cum mortuum probabiliter credens propter longam ejus absentiam alteri nupsit.

Quarto nequit fieri divortium propter adulterium, si uxor errore concubuit cum altero viro latenter in ejus lectum ingressa, putans esse suum uxorem maritum, colligitur ex cap. In lectum mariti caus. 34. quest. 1. & 2. & ex cap. Si virgo nesciens causa pariter 34. q. 1. & 2. Adulterium enim sine dolo non committitur, ff. de adul. l. penult. & qui consoct conjugatam ignoranter, non committit adulterium, arg. Extr. de sentent. excommunicat. Si verò aliquis. Et expressè docet S. Thom. in 4. dist. 35. quest. unica. art. 1. in corp. ubi dicit non potest dimittere uxorem fornicantem, si latenter cognovit esse aliquo sub specie viri lectum subintrantem.

Quinto nequit fieri divortium propter adulterium commissum à muliere vi oppressa, & omnino involuntariè, colligitur ex cap. Tolerabilius caus. 32. q. 5. ubi dicitur, quod virgo prostituta potest, id est, per vim adulterari non potest, id est, ita ut sit rea adulterii, nisi consentiat. Ut enim, inquit S. Hieronymus in cap. De pudicitia, 6. 35. q. 9. non potest fieri, ut nixi quis machetur prius in corde, machari possit in corpore, & per hoc S. Augustinus lib. 3. de Civit. Dei. cap. 19. in cap. Proposito caus. 32. q. 5. dicit, quod Lucretia Turquina vi oppressa non commisit adulterium. Mirabile dicitur, ait S. Doctor, duo fuerunt, & adulterium una admisit. Corpus enim mulieris, ut prosequitur S. Hier. loco mox citato, non vim maculat, sed voluntas, & à violento stupratore, eripi nec ipsa potest pudicitia. Immo quamvis corpus violentè corrumpatur, si pudicitia mentis servetur illæsa, castitas duplicatur, sicut B. Lucia, ut patet in ejus festo lectione 6. intrepide respondit Paschasio: Si invitam juxteris violari, castitas mihi duplicabitur ad coronam. Et ideo S. Thom. in 4. dist. 35. q. unica. art. 1. in corpore inter casus in quibus nequit maritus dimittere uxorem, enumerat istum expressè dicens: Si fuerit vi oppressa.

Sexto nequit fieri divortium propter adulterium, si post adulterium vit sibi reconciliavit uxorem, vel uxorem iterum ad invicem petendo, & reddendo debitum conjugale. Colligitur ex c. Si illic 29. caus. 23. q. 4. ubi Gelasius Papa scribit Geruntio, Joanni, Germano, & Petro Episcopis sic: Si illi, ubi hæc acta sunt, presentibus, utriusque consistere, & satisfecisse Stephanum, & supplicatione suscepta, cum, qui male tractatus est, ignovisse, senal in ablutione remissa punito, recidivo dolore non debet iterari. Divino scilicet imitatione clementia, que dimissa peccata in ultionem redire non patitur. Ist Auctor Glossæ in Decretalem Clementis III. cap. Plerumque de donat. inter virum, & mulierem, verb. Nec reconciliata expressè dicit, quod si reconciliata fuerit, postea illam fornicationem obicere non poterit, quia ei remittit hoc, quod ipsi licet secundum Evangelicam veritatem, & hoc aperte habetur etiam ex l. Crimen 11. cod. de adul. & supra leg. 9. tit. 19. ubi Alexander Imperator ait: Crimen adulterii maritum retenta in Matrimonio uxore, inferre non posse, nemini du-

bium est. Ex quo enim conjux innocens post cognitum adulterium conjugi rei, adducit reddidit, & petit debitum, censetur ei condonasse, & se spoliasset sponte jure suo ad divortium, adeoque non potest amplius conjugem reum dimittere, nisi iterum aliud adulterium committat, quia dicit S. Antoninus 3. p. tit. 2. c. 21. §. 5. Tunc enim cum videtur sibi reconciliasse, unde non potest innocens amplius denegare debitum adultero, nisi recidivaret. Et sic jam docuerat Sanctus Thomas loc. cit. in 4. dist. 35. quest. unica. artic. 1. in corpore, ubi loquens de casibus, in quibus maritus innocens nequit dimittere uxorem adulteram, hunc inter alios adducit, nempe, si reconciliaverit eam sibi post adulterium perpetratum carnaliter eam cognoscens.

An autem in casu, quo maritus malè, & injustè tractet uxorem, negando ei alimenta, & debitum conjugale, eamque de domo expellendo, & tunc ipsa adulterium committat, possit ipse maritus divortium facere? Affirmative respondet contra varios alios negativè sustinentes, Sanchez, Dicastill. & Barghaber apud la Croix l. 6. p. 3. n. 433. Rosignol. de effectibus Matrimonii contract. 15. de Matrim. VI. prænot. 11. sect. 9. num. 5. Reiffenstuel. lib. 4. Decretal. tit. 19. num. 70. Pithing. ibidem n. 12. Coving. disp. 35. de divortio num. 8. & alii plures per clarum textum in cap. Significasti 4. de divortii, ubi maritus non tenetur uxorem recipere, quovis ipsa allegaverit, & exceperit, quod ille causa fuerit, ipsam injustè expellendo, ubi Glossa verb. Materiam, rationem dat, quia uxor nulla ratione induci debet ad Adulterium, arg. c. Ita num. 3. caus. 32. q. 5. & cap. Sacris 5. de his, que vi, metusve. Et in cap. Ex literis 5. de divortii. Non auditur uxor allegans se adulterasse, eo quia maritus ei necessaria alimenta denegavit, quia ut ait Glossa lib. verb. Compulsas, non est ignoscendum ei, que protextu, seu obtentu paupertatis turpissimam vitam egit, ut expressè dicitur in leg. Palam. 43. §. 5. ff. de rursu nuptiarum. Debet enim uxor potius omnia mala sustinere, quam adulterium committere, arg. cit. cap. Ita ne 3. causa 82. quest. 5. ibi: Potius qualibet mala tolerare decernat, quam malo consentire, & citat. capit. Sacris 5. de his que vi, metusve, ibi: Cur pro nullo metum debeat quis peccatum mortale incurere: Tum quia maritus per hoc, quod supradictam causam adeo remotam adulterii dedit, non censetur in illud consensusse, vel intendisse. Secus autem esset dicendum, si maritus injustè expulisset uxorem à domo, vel debitum conjugale, aut necessaria alimenta denegasset ea intentione, ut ob necessitatem adulterium perpetraret: Tum enim perinde esset, ac si in adulterium consentiret; per text. in cap. Si tu 24. caus. 27. quest. 3. ubi expressè dicitur: Si tu abstineres sine uxoris voluntate, tibus fornicandi licentiam, & peccatum illius tua impudicitia abstinentia. Et S. Thom. in prima ad Corinth. 7. lect. 2. ubi enumerans casus, in quibus maritus non potest ob causam fornicationis uxorem dimittere, dicit: Tertius est, quando ipse ei occasionem fornicandi dedit, ut quia non vult reddere debitum, maxime si ob id prudenter providere poterit adulterium uxoris. Sic rectè conciliant utramque sententiam, ac interpretantur jura supra adducta, La Croix l. c. 433. Ferdinandus Kræmer, & Raphael Aversa apud ipsum. Item Rosignol. loc. cit. cum Cajetano, & Sanchez ibi allegatis, Pithing. loc. cit. cum Sanch. de Matrim. lib. 10. disp. 5. num. 6. & alii passim; tum ex aliis, Vid. verb. Divortium, num. 60.

De casibus, ob quos fieri potest, vel non divortium, fusiori calamo agemus, Deo dante, cum de divortio verba faciemus, ubi etiam de presumptionibus, & iudiciis adulterii &c.

ARTICULUS IV.

Adulterium quoad varia respectu Adulteri, & Adultera.

SUMMARIUM.

- 1. Adulter accusatus de adulterio, lite pendente, non est privandus possessione.
- 2. Adulter, si lite non contestata, est contumax, potest excommunicari.
- 3. Adulter tenens concubinam pulsa uxore, vel ea reatenta, si monitus eam non pellat, sed adhuc cum ea adulterè vivat, debet excommunicari.
- 4. Adulter, qui ut suam libidinem libere, & sine obice explicat, procurat carcerari maritum adicius, vel consanguineos mulieris, est ultimo supplicio puniendus.
- 5. Adulterans cum Judæa, vel Gentili excommunicatur.
- 6. Adulter emendatus potest negare debitum, & dimittere uxorem, que perseverat in adulterio, & non vult se emendare.
- 7. Immo adulter emendatus, & à fortiori maritus nunquam adulter, tenetur in conscientia dimittere uxorem, si nolit se ab adulterio emendare, & in illo cum scandalo perseverare.
- 8. Adultera, nec etiam mortuo marito, potest matrimonium contrahere cum suo Adultero.
- 9. Adultera post penitentiam potest contrahere matrimonium cum suo Adultero, dummodo non fuerit causa mortis sui viri.
- 10. Adultera post penitentiam à viro capiendam est.
- 11. Adultera separata à viro propter adulterium perdit dotem, & dotalitium.
- 12. Adultera separata, si impudicè vivit, est punienda pena mortis.
- 13. Adultera occidens fatum animatum, seu natum infantum, excommunicatur, & punitur ut homicida.
- 14. Si conjuges sint ambo adulteri, sed unus publicè, & alter occultè, conjux adulter occultè, licet possit in

vorem illius qui servavit, ut non sit adstrictus ad reddendum debitum ei qui non servavit fidem.

Quod divortium sive separationem ex adulterio, utriusque conjugis par conditio est. Ecclesia enim in hac causa non cognoscit differentiam inter virum & uxorem. Proinde æquale esse jus mariti & uxoris ad dimittendam compartem adulteram, multis auctoritatibus probari posset.

Maritus uxori injuriam remisisse videtur, si post adulterium commissum, & à se cognitum, eam cognoverit, uti post Sanctum Thomam probat cum Theologis & Canonistis Sanchez lib. 10. de Matrimonio disp. 14.

Similiter neque maritum adulterum posse ob adulterium uxoris eam dimittere, docuit jampridem Sanctus Augustinus lib. 1. de Sermon. in Monte cap. 28. ex quo sumptus videtur Can. 1. caus. 32. q. 6. "Nihil iniquius, ait, quam fornicationis causa dimittere uxorem, si & ipse vincitur fornicari." Occurrit etiam illud ad Rom. cap. 2. v. 1. In quo enim judicas alterum, teipsum condemnas: eadem enim agis que judicas. Quapropter quisquis fornicationis causa vult abicere uxorem, prius debet esse à fornicatione purgatus. Quod similiter & de femina dixerim."

Divortium sive separatio ob adulterium sine auctoritate iudicis fieri nequit.

Causa proinde hujus separationis ipsi legitime probanda est, neque sufficit esse alteri conjugi esse certum, nisi ipsi iudici talis probetur, quod de adulterio intelligendum esse manifestum est.

Sed facta etiam separatione quoad torum & cohabitationem iudicis erit providere, ut quantum possibile est incontinentiæ periculum adimatur, neque publico cum scandalo vivant: quemadmodum deciditur in Can. 5. caus. 32. q. 2. & in cap. 19. tit. De Convers. Conjug. (Penè in omnibus conveniunt cum doctrina præcedenti leg. tit. 7. lib. 4. For. Reg. tit. 9. part. 4. tit. 17. part. 7. re-cognoscantur per consequens omnes supra citata.)

ARTICULUS IV.

Adulterium quoad varia respectu Adulteri, & Adultera.

SUMMARIUM.

- 1. Adulter accusatus de adulterio, lite pendente, non est privandus possessione.
- 2. Adulter, si lite non contestata, est contumax, potest excommunicari.
- 3. Adulter tenens concubinam pulsa uxore, vel ea reatenta, si monitus eam non pellat, sed adhuc cum ea adulterè vivat, debet excommunicari.
- 4. Adulter, qui ut suam libidinem libere, & sine obice explicat, procurat carcerari maritum adicius, vel consanguineos mulieris, est ultimo supplicio puniendus.
- 5. Adulterans cum Judæa, vel Gentili excommunicatur.
- 6. Adulter emendatus potest negare debitum, & dimittere uxorem, que perseverat in adulterio, & non vult se emendare.
- 7. Immo adulter emendatus, & à fortiori maritus nunquam adulter, tenetur in conscientia dimittere uxorem, si nolit se ab adulterio emendare, & in illo cum scandalo perseverare.
- 8. Adultera, nec etiam mortuo marito, potest matrimonium contrahere cum suo Adultero.
- 9. Adultera post penitentiam potest contrahere matrimonium cum suo Adultero, dummodo non fuerit causa mortis sui viri.
- 10. Adultera post penitentiam à viro capiendam est.
- 11. Adultera separata à viro propter adulterium perdit dotem, & dotalitium.
- 12. Adultera separata, si impudicè vivit, est punienda pena mortis.
- 13. Adultera occidens fatum animatum, seu natum infantum, excommunicatur, & punitur ut homicida.
- 14. Si conjuges sint ambo adulteri, sed unus publicè, & alter occultè, conjux adulter occultè, licet possit in



foro exteriori facere divortium, & dimittere conjugem adulterum publice, & iudiciale sic probatum, tamen in foro conscientie tenetur omnino debitum ei reddere, & in gratiam, & unionem conjugalem retinere.

15 Auctoris supplementa.

16 Supplementa ex aliena manu, ad num. 31.

**A**DULTER accusatus de adulterio, litē pendente non est privandus possessione, l. litē pendente &c. cap. Laudabilem. (Leg. 8. tit. 2. p. 4.) Adulter, si litē non contestata, est contumax, potest excommunicari; *Ut litē non contestata non procedatur cap. 1.* Adulter tenens concubinam, pulsa uxore, vel ea retenta, si monitus eam non pellat, sed adhuc cum ea adulterē vivat, debet excommunicari. Concil. Ravennat. l. sub Clement. V. cap. 29.

**A**dulter, qui ut suam libidinem libere, & sine obice expleat; procurat carcerari maritum alicujus, vel consanguineos mulieris, est ultimo supplicio puniendus, Sixtus V. constit. 46. incip. Ad compescendum. Adulterans cum Judaea, vel Gentili excommunicatur. Concil. Illiberit. cap. 78. Adulter emendatus potest negare debitum, & dimittere uxorem, quae perseverat in adulterio, & non vult se emendare; colligitur ex cap. Dixit Dominus, & ex cap. Si quis caus. 32. q. 1. Sic tenent S. Bonaventura in 4. dist. 35. respons. ad dubium 12. S. Antonius 3. part. summe tit. 1. cap. 2. §. 6. cum communi. Immo adulter emendatus, & a fortiori maritus nunquam adulter, tenetur in conscientia dimittere uxorem, si noli se ab adulterio emendare, & in illo cum scandalo perseveret. Habetur cap. Si vit. 3. de adulteriis, & stupro, his verbis: *Si vir sciens uxorem suam deliquisse, quae non egerit poenitentiam, sed permanet in fornicatione, viserit cum illa, reus erit, & ejus peccati particeps.* Sic habetur etiam cap. Sicuti caus. 32. quest. 1. his verbis: *Sicut crudelis est, & iniquus, qui castam dimittit, sic fatuus, & injustus est, qui retinet meretricem, nam turpitudinis patronus est, qui crimen celat uxoris; & expressè etiam cap. Dixit Dominus caus. 32. quest. 1. ubi adducuntur haec verba praecisa S. Hieronymi: Cum illa unam carnem dixerit, & se fornicatione separaverit a marito, non debet teneri, ne virum quoque sub maledicto faciat, dicitur Scriptura Prov. 18. n. 13. qui adulterum tenet, stultus, & impius est.* Sic tenent Divus Augustinus lib. 2. Retract. c. 19. S. Thomas in 4. dist. 35. q. unic. art. 2. S. Bonaventura in 4. dist. 29. art. in c. & alii passim.

**A**dultera, nec etiam mortuo marito, potest matrimonium contrahere cum suo adultero; cap. Nullus ducat 1. cap. Illud vero 3. cap. Relatum est 4. caus. 31. q. 1.

**A**dultera post poenitentiam potest contrahere matrimonium cum suo adultero, dummodo non fuerit causa mortis sui viri; cap. Si quis vivente caus. 31. q. 1. (Vid. l. 19. tit. 2. p. 4.) Adultera post poenitentiam a viro recipienda est; cap. Quod autem 7. caus. 32. q. 32. ubi expressè dicitur: *Nunc autem, postquam Christus ait adultera, nec vego te condemnabo, vade, deinceps noli peccare, quod non intelligat debere maritum ignoscere, quod videt signovisse Dominum amorem; Nec jam se debere adulteram dicere, cujus poenitentia crimen divina credit misericordia deletum.* Adultera separata a viro propter adulterium perdit dotem, & dotalitium; cap. Plerumque 4. de donationibus quae fiunt. Adultera separata, si impudice vivit, est punienda poena mortis. Sixtus V. constit. 46. incip. Ad compescendum. Adultera occidens fetum animatum, seu natum infantem, excommunicatur, & punitur ut homicida. Sixtus V. constit. incip. Effrenatam; Gregor. XIV. constit. incip. Sedes Apostolica. (Vide add. hisp. verb. Abortus & Adulterium quoad poenas.)

**S**i conjuges sint ambo adulteri, sed unus publice, & alter occulte, conjux adulter occulte, licet posset in foro exteriori facere divortium, & dimittere conjugem adulterum publice, & iudiciale sic probatum; tamen in foro conscientie tenetur omnino debitum ei reddere, & in gratiam & unionem conjugalem retinere; colligitur aperte ex cap. Nihil iniquus can. 32. q. 6. ubi adducuntur haec praecisa verba S. Augustini: *Nihil iniquius, quam fornicationis causa dimittere uxorem, & si ipse convinctur*

fornicari, occurrit enim illud Apostoli ad Rom. 2. r. in quo enim alterum iudicas, te ipsum condemnas, eadem enim agis, quae iudicas. Quapropter quisquis fornicationis culpa vult abjicere uxorem, prior debet esse a fornicatione purgatus. (Vide leg. sup. citat. in princ.) Et sic defendit S. Bonaventura in 4. dist. 35. in exposit. lit. dub. 2. his verbis: *Queritur utrum vir, qui fornicatur in occulto, possit dimittere uxorem, quae fornicatur in aperto? Respondeo dicendum quod talis fornicans non debet eam dimittere, nec potest sine peccato in conspectu Dei, licet possit in conspectu ecclesiae, pro eo quod uxori non defuit jus excipiendi, quamvis desit probatio.* Et sic expressè docet S. Thomas in 4. dist. 35. q. unic. art. 6. ad 5. *Si adulterium viri sit occultum, per hoc non auferitur Jus excipiendi contra accusationem viri uxori adulterae, quamvis desit sibi probatio, & ideo peccat vir divortium petens, & si post sententiam de divortio uxori petat debitum, vel reconciliationem, vir tenetur ad utramque.*

**A**dulterium praecedens, seclusa machinatione & fide futuri matrimonii, non est impedimentum dirimens matrimonium. Bened. XIV. tom. 1. constit. 113. incip. Reddita §. 22.\*

**Q**uod scribit Auctor. n. 8. Adulteram nec etiam mortuo marito, posse matrimonium contrahere cum adultero, accretatori indiget discussione.

**D**e Jure Civili absolute nuptiae prohibita sunt adulterum inter, & adulteram, l. 13. ff. de his, quae ut indigni. l. 11. §. 11. ad Leg. Juliam de adult. l. 27. cod. eodem, Novell. 134. cap. 12. Antiquo jure Canonico idem obtinuisse constat ex Concilio Triburiensi relatum in cap. 4. caus. 31. quest. 1. ex cap. 1. §. 3. v. caus. 31. quest. 1. Gratianus vero in nota subiecta, hunc textum ad casum duos postea receptos restrinxit, contra mentem Concilii, ut animadvertunt Eruditi, Cujacius ad cap. 1. de eo qui dux. in matr. cum poll. per adult. Van-Espen in jur. Eccles. univ. part. 2. tit. 13. c. 7. n. 5. Bohemerus in decretal. lib. 4. tit. 7. §. 1. Disciplina haec stetit usque ad Saeculum XIII. & XIV. Espenius loc. cit. n. 6. & seqq.

**V**erum postea restringi coepit haec prohibitio ad duos potissimum casus. I. Si sibi fidem dederint de contrahendo matrimonio, vel si de facto matrimonium ininit sit, licet sciretur alterum conjugem adhuc vivere; sive id contingerit ante, sive post consummationem adulterii, uti statuitur in cap. fin. decretal. eodem. II. Si adulter maritus aliquid machinatus fuerit in mortem Conjugis suae, vel mariti adulterae, ut cum ea contrahere posset; vel adultera in mortem sui mariti, vel uxoris adulteri; cap. 3. decretal. eod. vid. leg. 19. citat.

**Q**uoad primam speciem observandum, non desiderari, ut haec promissio fiat cum juramento, immò nuda sufficit, sive vera, sive ficta, Gonzalez ad lib. 4. decretal. tit. 7. cap. 8. num. 4. Nec requiritur, ut sit reciproca, sed sufficit ut unus promittat & alter tacendo acceptet, Pontius de matrim. lib. 7. cap. 45. Requiritur verò, quod adulterium sit verè patratum, nec sola promissio deducenda alia uxore mortua, sat est, nec matrimonium impedit, cap. Si quis alt. decretal. eodem, nec si ante copulam recesserunt a promissione futuri matrimonii, Trullench. de matrim. disp. 11. dub. 6.

**Q**uoad alteram speciem concernit. I. Requiritur machinatio, & conspiratio in mortem alterius, licet mors non sit secuta; Gonzalez ad dist. lib. 4. decretal. tit. 7. c. 8. n. 4. II. In eum finem fieri debet machinatio, ut matrimonium contrahi possit inter adulterum, & adulteram, Bohemerus ad l. 4. decr. tit. 7. §. 4. III. Quod homicidium revera sequatur, nec sufficit ejus ratihabitio, Leander de matrim. quest. 6. IV. Idem obtinet, etiam si sine adulterio in necem conjugis conspirarit, neque interest, proprio facto, an alieno ferro venerit homicidium, dummodo ambo in conjugis necem machinati sint, cum intentione contrahendi matrimonium, cap. 1. & 6. decretal. eodem cap. 1. de convers. infidel. ubi dicitur: *Si quis cum uxore non pollut, nec machinata est in necem viri, sed tantum fidem dedit de contrahendo cum ipso, mortuo marito, tunc locum obtinet quod scribit Auctor, ut peracta poenitentia, possint matrimonium simul*

mul contrahere, cap. 6. & 8. decretal. eodem Gonzalez loc. cit.

**P**ariter quod scribit Auctor num. 10. Adulteram post poenitentiam a viro esse recipiendam, intelligit si liber marito. Consule Bohemer. in decretal. l. 5. tit. 17. §. 22. Necessitatem enim haud important verba illa D. Augustini lib. 2. cap. 6. ad Pollent. relati in cap. 7. caus. 32. quest. 1. quibus inniuitur Auctor. Jure enim antiquo Romano, sine metu lenocinii, id marito non licuit, ut clare indicat Lex 9. Cod. ad L. Juliam de adult. quod pariter L. 3. §. 2. ff. eodem cautum est. Aliter SS. Patres docuerunt, quia matrimonium ejecta adultera durare etiam D. N. Jesu Christus voluit, quare marito intergrum esse scripserunt uxorem denuo recipere: confer Bohemerum loco laudato.

ARTICULUS V.

Adulterium quoad obligationem Genitorum ratione proli adulterinae.

SUMMARIUM.

- G**ENITORES Adulteri tenentur prestare alimenta proli adulterinae, si ipsa non habeat unde aliunde sustentetur.
- Q**uamvis per jus civile fuerit coartum, ne proles ex damnata concubitu a patre aleretur.
- H**oc tamen jus civile sic prohibens ut minus consentaneum naturalis pietatis vel sublatum per jus canonicum.
- T**ali juri canonico nunc standum est in omni foro.
- M**ater tenetur alere prolem primo triennio, & post hoc triennium tenetur eam alere pater, donec proles sua industria se possit juvare.
- A**dulter sciens prolem esse suam, & nullam habens justam rationem dubitandi, si adultera sit impotens ad restitutionem, tenetur ipse restituere impensas in alenda prole adulterina, & filia dotanda, & compensanda damna, quae filii legitimi in divisione hereditatis patiuntur.
- S**i adulter dubitet, an proles adulterina sit a se genita, vel ab alio, ipse, & singuli alii secundum proportionem dubii tenentur ad partialem restitutionem alimentorum, & partis hereditariae legitimis subtracta.
- S**i unus ex adulteris sit nobilior alio, & ditior, debet plus contribuere, quam minus nobiles, & minus divites.
- A**dultera non tenetur cum periculo vitae, & magne infamiae manifestare prolem spuriam ad reparanda damna legitimorum, ad num. 10.
- P**roles spuria non tenetur credere matri asserenti non esse legitimam.
- A**dultera quae ad evitandam mortem, & magnam infamiam non tenetur manifestare suum adulterium, tenetur tamen quantum in se procurare omni meliori modo, ut illatum damnum legitimis compensetur.
- E**t si nullo alio modo tale damnum compensari possit, tenetur proli spuria persuadere, si aliunde idonea sit, ut status ecclesiasticum, vel religionum amplectatur, vel vitam celibem ducat.
- P**arentes, qui sine debitis modis, & cautionibus liberis suis exponunt clam ad hospitalia, aut alia loca pia, graviter peccant, si possint aliter eis providere.
- E**xcusantur tamen a culpa quod cum debitis cautionibus clam modo exponuntur ad hospitalia, ad vitandam infamiam, & regendum delictum, seu quia nequeunt eos alere aliter.
- S**ed si divites sint, tenentur restituere hospitali, seu loco pio, vel cuiusvisque alteri expensas in prolem suam factas.
- N**ovae addit. ex aliena manu, ad num. 20.

**G**ENITORES adulteri tenentur prestare alimenta proli adulterinae; si ipsa non habeat unde aliunde sustentetur; habetur expressè cap. Cum haberet de eo, qui duxit in Matrimonium &c. praecisus his verbis: *Sollicitudinis tua*

interioris, ut atterque parentum liberis suis, secundum quod eis suppetunt facultates, necessaria subministreret. Est communis Doctorum sententia. Quamvis enim Jure civili fuerit vetitum, ne proles ex damnato concubitu a patre aleretur, ut patet Aulhent. Ex complexu, Cod. de incest. nupt. ubi habentur haec praecisa verba: *Ex complexu nefario, seu incestu, seu damnato, liberi nec naturaliter sunt nominandi, omnis paternae substantiae indigni beneficio, ut non alantur a patre, & in fin. in Aulhent. Quibus mod. nat. offic. sui, ubi habentur ista. Omnis, qui ex congressibus, aut nefariis, aut incestis, aut damnatis processerit, iste neque naturalis nominatur, neque alendus est a parentibus.* Hoc tamen jus civile sic prohibens, ut minus consentaneum naturali pietati, est sublatum per jus canonicum citat. cap. Cum haberet, de eo qui duxit in matrimonium, quum polluerat in adulterio, in fine: *Cui juri canonico nunc standum est in omni foro, & ita nunc de facto servatur etiam in foro seculari, ut testatur Covarrubias in Epitome 4. decret. part. 2. cap. 8. §. 6. num. 8. q. 10. §. 12. Pa-leottus apud Thesaurum decis. 2. 12. num. 2. & alii passim.* Et ratio est, quia parentes Jure naturali tenentur alere prolem si possint, cum hac tamen distinctione, quod mater tenetur alere prolem primo triennio, vel suis sumptibus curare alii, si possit; & post hoc triennium tenetur eam alere pater, donec proles sua industria se possit juvare; ut habetur expressè l. Ne filium 9. Cod. de patria potest. & cap. Ex literis, de conversione infidelium, ubi decretur filios post triennium alendos esse a Patre, & sic tenent Doctores communiter. (Leg. 3. tit. 8. lib. 3. For. Reg. Leg. 3. 4. & 5. tit. infra citat. 19. p. 4.)

**A**dulter sciens prolem esse suam, & nullam habens justam rationem dubitandi, tenetur, si adultera sit impotens ad restitutionem, restituere impensas in alenda prole adulterina, & filia dotanda, & compensare damna, quae filii legitimi in divisione hereditatis patiuntur. Sic colligitur ex cap. Si culpa, final. de injuriis, & damnis dat. ubi Gregorius IX. sic praecise dicit: *Si culpa tua datum est damnum, vel injuria irrogata, seu alii irrogantibus opem fortè tulisti... Jure super his satisfacere oportet; nec ignorantia te excusat, si scire debuisti esse factu tuo injuriam verisimiliter posse contingere, vel injacturam;* unde cum ex adulterio solet contingere generatio proli cum damno mariti, & ejus legitimum filiorum, sequitur teneri adulterum ad compensationem talium damnorum, si non fuerint compensata a matre adultera; cum per suum adulterium causam dederit talibus damnis. Et sic in terminis habet S. Antonius 2. parti. summ. Theolog. tit. 2. cap. 7. §. 7. praecisus his verbis: *De adultero autem, cujus est filius, dicendum videtur, quod si scit, vel credit verisimiliter illum esse suum, ubi mater ipsa satisfacere non valet, videtur, quod teneatur de expensis educationis patri putativo, quia causam efficacem dedit tali damno... de hereditate, vel dote, si dotaretur a putativo, teneri videtur ad arbitrium boni viri, attenta sua facultate.*

**S**i adulter dubitet, an proles adulterina sit a se genita, vel ab aliis, qui eadem die verb. gr. adulteram cognoverunt, ipse, & singuli alii secundum proportionem dubii, tenentur ad partialem restitutionem alimentorum, & partis hereditariae legitimis subtracta. Et ratio est, quia qui occasione damni dat, damnum dedisse videtur, textu expresso in cap. Si culpa 9. de injuriis, & damno dato, l. Qui occidit 30. §. 3. ff. Ad leg. Aquil. sed singuli occasionem horum damnorum dederunt, habendo simul copulam per se causativam talium damnorum, & singuli communi opera sunt causa talis incertitudinis, quae injustè impedit, ne ab uno determinato possit exigi debita restitutio, & compensatio, ergo singuli tenentur pro rata dubii ad ratam restitutionem. Confirmatur, quia sicuti si duo sagittas projiciant in equum Petri, quorum una ipsam interficit, licet nesciatur cujus sagitta interfecit sit, tenentur singuli compensare illud damnum proportionem dubii, cum constet utrumque causam injustam illius damni apposuisse, & ab illis verè damnum provenisse; sic a pari cum in nostro casu singuli suo adulterio generationis causam dederint, & constet ex illis verè prolem genu-

BIBLIOTECA CENTRAL



nitam foisse, licet nesciat ut quo determinate, debent singuli pro portione dubii damna illa compensare. Sic tenent Molina *disp.* 103. num. 3. Vasquez 1. 2. *disp.* 66. cap. 8. num. 47. Salas, Azorius, Castropalao, Villalobos, Turrianus, Martinez, Bardi, Ilstang, Bonacina, Oviado, Claudius la Croix, Mendo & alii. Et Mendo, Salas, Castropal. Diana, Oviado, & alii dicunt, quod si unus ex adulteris sit nobilior aliis, & ditior, debeat plus contribuere, quam minus nobiles, & minus divites, quia ex se ditiores, & nobiliores debent filiis praeantiora alimenta suppeditare.

9 Adultera non tenetur cum periculo vitae, & magnae infamiae manifestare prolem spuriam ad reparanda damna legitimorum, colligitur ex *cap. Officii de penitentibus, & remissionibus lib. 5. tit. 38.* ubi Innocentius III. consultus de quadam muliere, quae partum sibi insigni artificio supposuerat, esset ne absolvenda, cum crimen suum timeret marito detegere, sic respondit: "Quoniam igitur postulas doceri, utrum ei hac fraude durante sit poenitentia injungenda; respondemus, quod sicuti mulieri, quae ignorante marito de adulterio prolem suscepit, quamvis id viro suo timeat confiteri, non est poenitentia deneganda, in nec illi debet poenitentia denegari;" ex qua pontificia responsione manifeste sequitur, quod non peccet non detegendo crimen, nam si peccaret non esset admittenda ad poenitentiam. Et ratio est, quia plura contingenter damna in deteptione proprii criminis ad excludendam prolem spuriam ab haereditate, quam in taciturnitate ejusdem cum praedictio prolis legitima; cumque ex duobus malis majus sit evitandum, debebit uxor potius tacere, quam prolapare delictum; antecedens est glarum, quia ut supponitur, in deteptione adulterii adesset periculum propriae vitae, & magnae suae infamiae, ultra scandalum mariti, & aliorum, & in taciturnitate esset solum iactura haereditatis, quae deberet dividi cum prole spuria; nemo autem tenetur indemnitate alterius consulere cum majori detrimento proprio in rebus superioris ordinis, via autem est longe superioris ordinis, quam omnes res temporales, cum nullo pretio sit aestimabilis; Et de fama habetur Proverb. 22. 1. *Melius est bonum nomen, quam divitiae multae, & cap. Deteriores 15. causae 6. quest. 1.* de mente Anacleti Papae habetur, quod majus malum sit ablatio famae, quam bonorum temporalium: *Deteriores sunt, qui Doctorum vitam, moresque bonos corrumpunt, his qui substantias aliorum, prae diuque diripiunt.*

10 Confirmatur, quia dato etiam quod adultera detegeret suum adulterium, non propterea hoc redundaret in commodum, & utilitatem prolis legitima; vel aliorum, qui de jure deberent succedere, quia nec ipsa adultera esset credenda, cum ex regulis juris alleganti suam turpitudinem nulla debeat fides, praesertim cum praedictio alterius, ut in praesenti casu; eo vel maxime quod ingenium mulierum saepe saepius est alios praeter modum amare, & alios odisse. Nec proles spuria teneretur credere, ut fatentur omnes Canonistae in *cap. Per tuos 10. de probationibus; & Jurisperiti in leg. Si posthumus 14. ff. de liber. & posthumis.* Ab omnibus receptum est, quod nequidem pro foro conscientiae deur obligatio habendi fidem uni homini etiam omni exceptione majori, si ideo grave damnum esset subeundum, quia sic daretur occasio multis fraudibus, mendaciis, perjuriis, & injustiis, ut colligitur ex *cap. Licet universis cap. Veniens, cap. Cum a nobis de testibus, & attestantibus.* Tum quia cum ipse filius & sua, & publica opinio sit legitimus, non tenetur cum tanto suo incommodo se putare illegitimum, nisi convincatur, obstante praesumptione, quae habetur ex matrimonio, quod natus sit ex nuptiis, ut dicit glossa in *cap. Officii de Penitentibus, & remissionibus, verb. Deneganda;* praecisus his verbis; *Ipsa non potest detegere suppositionem, quae habetur ex matrimonio, quod filius natus sit ex nuptiis.* Cum igitur in ordine ad prolem legitimam illa deteptione non possit prodese, nulla adest ratio, cur debeat fieri, maxime cum periculo propriae vitae, & famae: Sic docet Scotus in 4. *dist. 10. q. 2. sub fin. S. Antonin. 2. part. tit. 2. cap. 7. §. 4. Covarrubias, Innoc. Panormitan. Cajetan. Medina, & alii satis commu-*

niter. ¶ Easi adultera communiter non teneatur revelare filium spurium cum periculo vitae, vel famae; potest tamen esse casus, in quo teneatur, v. gr. quando hoc necessarium esset ad bonum commune, ut si spurium compelleret subditos a fide apostatare. Diana p. 2. *tract. 2. resol. 33.* Hanc obligationem tamen non esse justitiae commutativae, sed legalis, vel charitatis, quae bonum commune praefert debet bono proprio, ait M. Marcus Serra in 2. 2. *D. Thom. q. 62. art. 6.* Sed Hurtado de Justitia d. 11. *diff. 20.* existimat in tali casu, non solum ratione charitativae, sed teneri ad id etiam ex Justitia commutativa. ¶

Adultera, quae ad evitandam mortem, & magnam infamiam non tenetur manifestare suum adulterium, cum nihil sperat profuturum, tenetur tamen quantum in se procurare omni meliori modo, ut illatum damnum legitimis compensetur, v. gr. de ornatu corporis, & aliis sumptibus detrahendo, & si habeat bona paraphernalia, & alia, quae ultra consueta obsequia debita marito, & familiae suis viribus, & industriis potuit acquirere, plus proli legitima; quam spuria relinquendo. Et si talibus modis, vel aliis consimilibus damnum compensari non possit, tenetur proli spuriae persuadere, si aliunde idonea sit, ut statum ecclesiasticum, vel religiosum amplectatur, vel vitam coelibem ducat, ad sic quantum possibile est compensandum damnum illatum proli legitima; colligitur ex *cap. Officii de penitentibus, & remissionibus, & tenent Doctores communiter.*

Parentes, qui sine debitis modis, & cautionibus liberos suos exponunt clam ad hospitalia, aut alia loca pia, graviter peccant, si possint aliter eis providere. I. Necare ff. *de liberis agnosc.* ubi dicitur: *Necare videtur non tam is, qui partum praefecit, sed is, qui abiecit.* & *alimentum negat, & qui in publicis locis misericordiae causa adificatis exponit, quam ipse non habet.* Vide tit. 20. p. 4. *praeceptum leg. fin. cum tit. 23. lib. 4. For. Reg.* Excusantur tamen a culpa, qui cum debitis cautionibus clam noctu eos exponunt ad hospitalia, ad evitandum infamiam, & tegendum delictum, seu quia nequeunt eos alere aliter. Sed si divites sint, tenent restituere hospitali, seu loco pio, vel cuicumque alteri expensas in prolem suam factas; redditus enim illi relicti sunt, ut subveniantur pauperibus, adeoque injuste agunt illi, qui cum divites sint, & teneantur liberis suis alimenta ministrare, cogunt ad alendos illosex pauperum bonis. Sic sentiunt omnes Doctores contra Henriquez, & paucos alios, qui putant hospitalia, & alia loca pia esse instituta, non solum, ut indigentiae pauperum consulatur, sed etiam, ut vitentur pericula prolis, quae non semel in flumen proiceretur, vel alio modo necaretur, nisi sic exponi, & nutririi posset ad evitandam infamiam; sed cum bona eorum pace, & venia, tenendum est cum communi, quod parentes divites sint obligati in conscientia restituere hospitali, seu alteri cuicumque expensas pro alenda sua prole factas cum dicamus, quod ad evitandam suam infamiam, & delictum occultandum possint parentes alendi prolem spuriam hospitali exponere, dummodo expensas pro ea factas occulte compensent, & sic evitatur etiam praetensum periculum occisionis prolis. Vide verb. Parentes, ubi multa adrem. *Adit. Auct. vide verb. Imped. Matrim. art. 1. n. 109.*

¶ De obligatione Genitorum alendi prolem adulteram, videtur quae dicuntur verb. Alimenta. Videndum nunc, an facta tori separatione, propter uxoris adulterium, teneatur maritus uxori inopi alimenta praestare? Julius Clarus lib. 5. *Senten. §. Adulterium n. 17.* eam fovet sententiam, quam communem appellat, teneri maritum alimenta praestare uxori adultera: nam licet uxor sit adultera, non propterea desinit esse uxor, *cap. 2. de divorc.* Contraria sententia obtinuit apud DD. Protestantem, quia somniant, ob adulterium conjugis matrimonium dissolvi, non solum quoad torum, sed etiam quoad vinculum. Vide Voet. *Comment. in Dig. lib. 25. tit. 3. de agnoscend. & alend. liber. n. 8.*

Adultera quando teneatur manifestare prolem spuriam, ad reparanda damna legitimorum, late agit Covarrubias part. 1. in *Relect. ad cap. Peccatum de reg. jur. in 6. n. 4. & 8.*

Lepida sane est cautela, quae refertur ab Alciato 20

3. *de praesumpt. pras. 37. & 39. Parorg. 12.* cujusdam adultera, quae cum plures liberos haberet, quorum unus esset ex adulterio conceptus, eis accessit, ad mortem veniens dixit: *Filii mei unus vestrum est natus ex adulterio, & ideo bona mei mariti detinet indebitis; ego vero priusquam ex hac vita migrem, ne moriar in hoc peccato, cum vobis nuncupare intendo, nisi vos invicem venieritis omne jus, quod habet alter adversus alterum.* Tunc filii, cum quilibet de se ipso dubitaret, mutuo seipso ab eo onere absolvunt, & liberantur, jusque invicem sibi remiserunt. Ejusdem cautela obiter meminit Jo. Major. in 4. *dist. 15. quest. 17.* quae tamen improbatu à Covarrubias *dist. loc. n. 8. 63.*

(In majorem hujus doctrinae claritatem, Vide addit. hisp. verb. Alimenta, Legitima & Parentes. Recognosce specialem tit. 23. lib. 4. *For. Reg.* ubi qui filium exponit patriam quoad omnia amittit potestatem, si scienter effecerit: mortisque poenam incurrit, exposito fame perente. Consonat. *lex. 3. & 4. tit. 20. p. 4.* Retineatur in mente 7. 19. *ejusd. part.* ubi de necessitate filios alendi, eorumque educatione agitur; multum ad rem conducunt quae in titulo *ameritio ejusd. part.* circa patriam potestatem decernuntur.)

ADVOCATUS.

ARTICULUS I.

Advocati officium quibus sit a lege prohibuitum.

SUMMARIUM.

- 1. *Advocatus officium exercere prohibentur Pagani, Haeretici, & Excommunicati.*
- 2. *Item Minores 17. annis, muti, caeci, omnino surdi, furiosi, & amentes perpetui, servi, foeminae, sodomitae, damnati poena capitali, vel calumnia publici Judicii, qui a Senatu amoti sunt, & omnes infames.*
- 3. *Item Judices, vel assessores non possunt in ea causa esse Advocati.*

Ad advocandi exercitium nemo admittitur, quin prius gradu Baccalauri, praevius requisitis praescriptis, inventur ornatus: (1) regni in legibus debet etiam esse instructus: (2) ad quam instructionem adquirendam per quatuor annos continuos ad studium Advocati oportet ventitare, (3) posteaque matritensis Advocatorum collegii examen per Alumnos pati, cujus censura, si favorabilis sit, examinandus veniet, & a supremo Castellae Senatu approbandus. (4)

Antequam hoc munus in Curia, praesertim matritensi, exerceatur ab illo in dicto Advocatorum collegio debet esse cooptatus: ad cujus assentionem, ejus coctui, de vita, moribus, & natalibus praeter alia, informationem,

(1) *Reg. Sebed. 24. Jan. 1770. art. 9.* Para el grado de Bachiller en qualesquiera de las dos facultades de Canones, ó de Leyes, ha de preceder igual justificacion de haber estudiado á lo menos la dialectica en Universidad aprobada, y ganado quatro cursos en otros tantos años en la facultad de que solicita el Grado, y haber actuado en ellos por lo menos un acto público mayor, ó menor: el examen será tambien leyendo media hora con puntos de veinte y quatro á la Ley, ó Decretal, que elija entre los tres piques, satisfacer á los argumentos, que por espacio de un quarto de hora le pondrá cada uno de los Examinadores, y responder á las preguntas sueltas del tercero, que ha de ser Catedratico: (2) *L. 4. tit. 1. lib. 2.* Porque nuestra intencion, y voluntad es, que los Letrados en estos nuestros reynos sean principalmente instruidos, é informados de las dichas leyes de nuestros reynos, pues por ellas, y no por otras han de juzgar: por ende por la presente ordenamos, y mandamos, que todos los Letrados, que son, ó fueren ansí de nuestro Consejo, ó Oidores de las nuestras Audiencias, y Alcaldes de la nuestra Casa, y Corte, y Chancillerias, que tienen, ó tuvieren otro qualquier officio, ó cargo de administracion de justicia, an si en lo Realengo, como en lo Abadengo: no puedan

4. *Item Clerici in Sacris constituti, aut beneficium ecclesiasticum habentes nequeunt in foro seculari Advocatum agere, nisi in causa propria, vel propria ecclesiae, vel in causa consanguineorum intra quartum gradum; quando alium aequae honorum Advocatum illi habere non possunt, vel in causa personarum miserabilium.*

- 5. *Item Monachi, & Religiosi omnes, etiam Canonici Regulares, nisi pro utilitate sui monasterii, & accedente simul mandato proprii Praelati Regularis.*
- 6. *In foro autem ecclesiastico possunt Advocatum agere Clerici in Sacris, & Beneficiati, etiam pro Laicis.*
- 7. *Nullus autem Clericus potest contra ecclesiam, á qua beneficium obtinet, existere Advocatus, vel Procurator pro extraneis.*
- 8. *Additiones ex aliena manu, ad num. 16.*
- 17. *Inseritur novissima Addit. ad num. 36.*

Advocati officium exercere prohibentur Pagani, Haeretici, & Excommunicati. *cap. 11. quest. 1. c. Excommunicatus 1. de Haereticis: cap. Nemo de penitentia dist. 1. leg. Nemo, eod. de postulat. Item Minores 17. annis, muti, caeci, omnino surdi, furiosi, & amentes perpetui, servi, foeminae, sodomitae, damnati poena capitali, vel calumnia publici Judicii, qui a Senatu amoti sunt, & omnes infames: cap. Infames 3. q. 7. circa initium, & leg. 1. §. 1. ff. de Postulat. (L. 4. tit. 9. lib. 1. For. Reg. leg. 2. 3. 4. §. 1. tit. 6. p. 3. leg. 7. tit. 19. lib. 2. Ord. Reg. leg. 23. tit. 15. ejusd. lib. leg. 12. tit. 3. lib. 1. ejusd. Ord.) Item Judices vel Assessores non possunt in eadem causa esse Advocati. *cap. 1. & 2. causae 4. quest. 4.* Item Clerici in sacris constituti, aut beneficium ecclesiasticum habentes, nequeunt in foro seculari Advocatum agere, nisi in causa propria, vel propriae ecclesiae, vel in causa etiam consanguineorum intra quartum gradum, quando alium aequae bonum Advocatum illi habere non possunt, vel in causa personarum miserabilium, c. Clerici, & c. Cum Sacerdotis, de Postulat. Item Monachi, & Religiosi omnes, etiam Canonici Regulares, nisi pro utilitate sui monasterii, & accedente simul mandato proprii Praelati Regularis lib. 1. *decretal. tit. 37. cap. 2. de Postulando.* In foro autem ecclesiastico possunt Advocatum agere Clerici in Sacris, & Beneficia-*

usar los dichos cargos de justicia, ni tenerlos, sin que primeramente hayan pasado ordinariamente las dichas leyes de Ordenamientos, y Pragmaticas, y Partidas, y Fuero Real.

(3) *Audi. Ac. 23. tit. 2. lib. 3. dub. 1. ibi:* y para commendar este dafio, parece seria conveniente, que Yo mande, que qualquiera, que hubiere de abogar en aquella ciudad, y reyno, despues del Grado de Bachiller en Universidad aprobada, y haber practicado quatro años, sea examinado por la Audiencia, segun, y en la forma, que se estila en los tribunales de España. *Resolus.* Sobre esta duda, he resuelto se practique lo que me proponie la Audiencia, con prevencion de que los quatro años hayan de ser de pasantia en Casa, y Estudio de Abogado aprobado.

(4) *L. 1. tit. 16. lib. 2. ibi:* Mandamos, que agora, y de aqui adelante, ninguno sea, ni pueda ser Abogado en el nuestro Consejo, ni en la nuestra Corte, ni Chancilleria, ni ante las Justicias de nuestros reynos, sin que primeramente sea examinado, y aprobado por los del nuestro Consejo, y Oidores de las nuestras Audiencias: *Audi. Ac. 5. ejusdem. ibi:* Y los que de aqui adelante trataren en querer abogar, antes que lo comiencen á usar, se examinen en el Consejo:

BIBLIOTECA CENTRAL U. A. N. L.